

TABVLA RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A DIE XI. APRIL.

C I D I O C C L X X X V I .

I N C H O A N D A R V M .

RECTOR


ACADEMIAE LVDOVICIANAE

D. CAROLVS GVILELMVS
CHRISTIANVS MVELLER

C V M S E N A T V .

Quintum exemplum triumphi denegati, quod in annalibus Romanis extat, legitur in Lii operibus, qui VIII. 12. eius mentionem fecit. Anno scilicet V. C. CCCXXVI. Ti. Aemilius Mamercinus, & Q. Publilius Philo Coss. cum duobus exercitibus contra Latinos missi sunt, qui anno ante a Romanis agri multati iacturam hanc tam iniquis animis patiebantur, ut prima data occasione deficerent. Publilii ductu auspicioque res felicissime gestae, atque ingentes Latinorum copiae fusae, & castris exurtae sunt. Qua victoria parva Publilius illa oppida, quorum iuventus ab eo caesa erat, in ditionem accepit, ac Romam redux triumphum honorem impetravit. Tandem solum Pedum reliquum fuit, oppidum munitissimum, ad quod obsidendum alter consul Aemilius cum exercitu profectus est. Verum enim vero ad tuendam illam urbem permulti populi vicini, Tiburtes, Praenestini, Veliterni, Lanuvini, & Antiates auxilia ingentia miserunt, quae, quam castra prope urbem locarent, prius fuganda erant, antequam Pedum ipsum expugnari poterat. Aemilius in variis quidem pugnis, quae in aperto committebantur, superior fuit, castra autem hostium ipsa ab urbe non amovere, nec ideo urbem capere valuit. Quum vero collegae Publilio triumphum contigisse audiret, invidia incensus bellum repente infectum omisit, Romanque reuersus triumphum eo nomine flagitavit, quia Publilium in vincendis hostibus adiuverit. Pares tam iniusto postulato offensi censuerunt, triumphum ipsi non deberi, nisi partem belli sibi demandatam perfecisset, Pedumque aut captum, aut deditum esset. — Sextum exemplum commemoratur ab eodem Lio X. 36, cuius ratio quidem haec est. A. V. C. CCCCLVIII. L. Postumio Megello, & M. Atilio Regulo Coss. gravissimum cum Sannitibus bellum exarsit, in quo copias illas, quas Regulus ducebat, fortuna parum prospera profectu est. Sannites enim fauente nebula in ipsa Romanorum castra irrumperere ausi, ex iisque non nisi acerrimo certamine, & magno Romani sanguinis impendio ciecti sunt. Altero consule ad subueniendum laborantibus appropere, Regulus quidem isto periculo exemptus, at, dum Luceriam hostium corona cinctam eximere obsidione conabatur, magna clade accepta repulsus est. Qua quidem re hostes audaciores redditi iterum castra Romana aggredi meditantur. Romani animis corporibusque fracti acgre tandem a duce hostibus obulam ire, atque castris egredi compellebantur. Vis ignis collatis Romani inertes ad castra refugere coeperunt, quare consul edixit, ut;

cunq̄ue ad vallum pergeret, siue ille Romanus, siue Samnis esset, pro hoste haberetur. Minis, cohortationibus, votoque consulis Ioui Statori facti proclium tandem tanta vi redintegratum est, vt hostes fugam capeferent, ad quatuor millia & octingenti eorum caederentur, septem millia & trecenti caperentur. *Regulo* mox de triumpho ob tam insignem victoriam agenti honos ille denegatus est duas potissimum ob causas, primo, quia non sine clade victor, sed funestissimum potius hoc bellum reipublicae fuerat, adeo, vt septem millia & trecenti ciues, qui in eo ceciderunt, numerarentur, secundo, quia consul captiuus quidem *sub iugum* miserat, id est, ignominia summa & contumelia affecerat, at eos *siue pactione* discedere passus erat, id est, nullum pretium redemptionis pepigerat, non, se arma non recepturos contra Romanos, promittere eos adgerat, non inducias aut tributum a Samnitibus extorserat, ita, vt neque debellatum esset a *Regulo*, neque vllum e victoria eius emolumentum in rempublicam redundaret. — Plura iam addere angusto quidem praefationis nostrae spatio prohibemur, at perorare omnino non possumus, nili pro more recepto Vobis, *Commilitones aestimantissimi*, communitis. Quem in finem autem pauca verba sufficiunt, quum non desides excitandi, sed alacres incitandi sitis. Satis igitur erit, commendare Vobis no- uam, quam iam exhibebimus, praefactionum tabulam, e quibus quilibet Vestrum eas, quas sibi conuenire arbitrat, eligere ac frequentare poterit.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG BECHTOLD Prof. theol. primarius per instans semestri aesti- vum hora VIII. matutina, b. DOEDERLEINIO duce, *theologiae* Christianae practi- cae, seu *moralis*, praecipua quinquies per hebdomadem tradet; hora II. pomeridia- na totidem per hebdomadem diebus *O. S. N. vitam & res gestas* e tribus priori- bus evangelistis, *Matthaeo, Marco & Luca*, ope bonae exegeticae harmonice sibi invicem adaptatis, enarrabit. Offert quoque collegium siue examinatorium, siue catechetico-practicum.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VII-VIII epistolas Pauli ad Corinthios & Galat. interpretabitur. Hor. VIII-IX. historiam ecclesiasticam ex *Walchio* nar- rabit. Hor. IX-X. theologiam symbolicam docebit.

CAROL. CHRISTIAN. PALMER quat. dieb. h. IX. theologiam dogmaticam, h. X. historiam ecclesiae & religionis, h. XI. introductionem in libros V. & N. T.; binis dieb. h. IX. encyclopaediam theologiam, h. X. praecipua homiletica tradet, h. XI. euangelium Ioannis interpretabitur.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Institutiones ex HEINECCIO, Pandectas ex HELLELD- DIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius Criminale e compendio suo horis confectis tradet. Disputatorium quoque & Examinatorium offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. VII-VIII. *Ius feudale* BOEHMERO duce tradet. Hor. II-III. *Historiam imperii* R. G. PÜTTERO praeeunte narrabit; Hor. III-IV. Collegium elaboratorio-practicum, denuo aperiet. *Processum summo- rum imperii tribunalium*, nec non praefactiones encyclopaedicas offert.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP *ius Germanicum priuatum* e SELCHOVIO, *ius publicum* S. R. I. praeeunte PÜTTERO, eodemque duce bis de hebdomade *ius priuatum principum*, tradet.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER. *Privatum* hora IX-X. & XI-XII: ad HELFFELDIJ iurisprudentiam forensem secundum ordinem pandectarum commentabitur. Hora X-XI. principia iuris naturae & gentium, praeunte HOEPFNERO docebit. Hora auditoribus commoda, historiam iuris duce SELCHOVIO. enarrabit.

LECTIONES MEDICAE.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. IX-X. Anatomiam theoreticam duce Plenckio; H. X-XI. Physiologiam praeunte Metzgero, explicabit.

D. CAROLVS GVILELM. CHRISTIAN. MVLLER h. X-XI. *Botanicam* theoretico - practicam, secundum systema vegetabilium & Philosophiam botanicam immortalis *Linnaei* docebit: h. XI-XII. vires medicas plantarum officinalium tradet. *Chemicam physicam* hora auditoribus commoda offert.

D. ERNESTVS SCHWABE, docebit artem obstetriciam theoreticam; Medicinam forensem & Dieteticam. Offert explicationem *Vteri Grundlage medicinisch-anthropologischer Vorlesungen.*

D. IOANNES FRIDERICVS SIEGESMVND POSEWITZ praelectiones chirurgicas continuabit & demonstrationes osteologicas, atque angiologicas habebit, paratissimus simul ad alias medicinae partes proponendas.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID, Prof. Primar. Hora II-III libros sex priores *Aeneidos Virgilianae* illustrabit, Hora III-IV *stili cultioris Latini* praecepta duce *Schellero* tradet; Hora IV-V *Notitiam librorum*, cuius studio vtilissimorum, praeunte *Millero*, exhibebit; Hora V-VI *Rhetoricam* ex initiis *Ernesti* docebit, ad alia quoque paratissimus. — Bibliothecam publicam diebus Mercurii atque Saturni Hora II-III aperiet.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER Hist. P. P. O. Historiam *uniuersalem*, hor. VIII. Statuum *Europae* hor. XI. *Galliae* hor. III. ad compendia sua docebit.

GVIL. FRID. HEZEL, Ph. D. & LL. O O. P. P. O. interpretabitur *Psalms* hor. XI; offert tironibus *institutiones linguarum* a) *Hebraeae* hor. X. b) *Arabicae* hor. VI resp. c) *Graecae* hor. alia.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME. *Oecon. & scient. Cameral. P. P. O.* Hora XI-XII. *Oeconomiam ruralem*, vnâ cum *Zoologia oeconomica*, ad *Becmanni* Compendium, tradet. Hora II-III. *Politica*, vt vocant, seu *scientiam ciuitatis instituendae & administrandae*, ad filium suum, exponet. Hora IV-V. *Statisticam*, quam dicunt, *omnium Europae regnorum*, narrabit, *Sprengelii* compendium sequiturus. Nec iis deerit, qui *scientiae forestali*, seu *Oeconomiae politicae*, (*Finanzwissenschaft*) & *Statisticae*, vt dicunt, *Imperii Germanici*, operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Ph. D. & P. P. O. *Historiam* quam dicunt *uniuersalem* h. XI - XII; *Historiam* regnorum & rerumpublicarum *Europae* recentiore h. III - IV, *Beckio* ac *Galletto* ducibus, exponet. *Sophoclis Oedipum*, utrumque e recensione Brunkiana illustrabit; *Anglicae* etiam linguae studiosis praesto futurus.

GEORG. FRID. WERNER, P. P. O. Geometriam practicam docebit h. II - III; ad collegium in rem militarem quoque paratus.

FRIDERICVS LVDOVICVS WALTHER, P. P. O. Oeconomiam technicam (Technologie) hor. VIII. tradet, administrationem rerum ad ciuitates pertinentium (Städt-Cämmerei-Wissenschaft) hor. IX. docebit.

GEORG. GOTTLIEB SCHMIDT, Math. P. P. O. *Mathesin puram* hora matut. VI - VII, *Mathesin adplicatam* hora pomer. II - III priuatim tradet. Excursionones geometrico-practicas singulis diebus Saturni offert.

I. C. G. SCHAVMANN Philosophiae theoreticae partem *logicam* ad librum suum: *Methodologie des Nachdenkens* &c. hor. IX - X. Philosophiae practicae partem *moralem* ad compendium suum: *Moral* hor. X - XI. *priuatum*: *Theoriam pulchri* atque *sublimis* hora auditoris commoda *publice* tradet.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRIDERICVS GVIL. DAN. SNELL, Philos. - Prof. P. E. O. *Mathesin applicatam* duce *Huthio* hor. IV - V, *criticae philosophiae elementa* ad *Schmidii* compendium hor. V - VI tradet. Ad alias praelectiones philosophicas & mathematicas paratus erit.

IO. GEORG. FRIDER. LEVN, Ph. D. & P. P. E. O. Hor. X. tradet *Fundamenta linguae Hebraeae* ad ductum compendii cel. *Pfeifferi*. Hor. III. *Acta apostolorum* e fonte graeco interpretabitur. Paratissimus erit ad scholas arabicas, syriacas, latinas priuatissime aperiendas.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT, paratus est ad *Historiam ecclesiasticam Christianam*, nec non ad *Historiam veteris, nouique Testamenti criticam* enarrandam. Offert quoque *librorum theologicorum utilissimorum Notitiam* publicis praelectionibus exhibendam.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Civibus de luctu equitandi, pugnandi gladio, saltandique palaestra, *Anglicae, Gallicae & Italicae* linguae scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.
